



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitulum VII. Prohibemus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

Prohibemus.

PARAPHRASIS.

Ut ne Episcopi, Abbates, vel alij Prælati novos census Ecclesijs imponant, aut veteres augeant, vel partem proventuum Ecclesiarum suis usibus approprient, prohiber Concil. Lateran. sed eam potius libertatem inferioribus conservent, quam sibi volunt à suis Superioribus obstruere, irrita faciens, quæcumque contra hanc prohibitionem acta fuerint.

SUMMARIUM.

Irriti declarantur novi census perpetui reales, ex quibus Ecclesia suo consuata.

Notandum. Prohiberi in hoc cap. & irrita declarari, quæ in imponendis novis censibus realibus perpetuis sunt, ex quibus redditur Ecclesia censuales. Non autem prohiberi census quosdam personales, & temporales, ex justa causa, ad vitam Redemptoris v. g. Ecclesiæ, imponi solitos, prout in 3. cap. h. r. jam dictum *Notando secundò.*

CAPITULUM VIII.

Præterea.

PARAPHRASIS.

Intelligens Alexander III. Pontifex, quod quidam Rectores Ecclesiarum propria sua auctoritate, nihil sciente aut consentiente Episcopo, certam quandam pensionem, seu censum statuerint, qui etiam defunctis solvi debeat Monachis, cum quibus colluierant, ab Ecclesiis quas taliter censuales constituerant, prescribit Vigoriensi Episcopo, Monachos talem pensionem exigentes, auctoritate non esse, neque illis solvendum aliquid, vi talis factæ dispositionis, cui legitima auctoritas Episcopi, aut ejus Officialium

tum semel, sed sæpius etiam; ait enim in relato §. Pontifex, sustinere se, pro multis necessitatibus, quæ superveniunt, ut si manifesta & rationalis causa extiterit, moderatum ab eis valeat auxilium postulari. Quod idem jus competit, non quidem Suffraganeis, & Vicarijs, nisi aliud consuetudo habeat, sed omnibus alijs Episcopo Superioribus, in suis Diocesis; & ex probabili sententia etiam Capitulo Cathedrali, Sede vacante, ad quos jus Episcopi devolutum est, ac Generalibus suorum Ordinum Regularium, qui omnes rectè intelligi possunt, nomine Episcoporum, & Præpositorum, de quibus hic §. loquitur.

4 Notandum quartum. Charitativum subsidium hoc exigi in primis posse ab omnibus Ecclesijs, & beneficiatis Episcopo subiectis, cum sit onus mixtum, adhaerens personis, in ordine ad Ecclesias, seu beneficia; nisi redditus beneficij sint tam tenues, ut neque commodam & honestam sustentationem ex tali beneficio habeat Clericus, quamvis pingue patrimonium habeat, prout cum pluribus alijs docet *Azor l. cit.* Et quavis etiam Laici subditorum nomine veniant, non obligantur tamen ad subsidium hoc charitativum, juxta praxin, & receptam consuetudinem; sicuti nec obligantur monasteria, aut Ecclesiæ Diocesis exemptæ, cum præsumi non possit, decisionem talem factam esse, cum præjudicio talium Ecclesiarum; aut Clericus, qui beneficium non habet, vel qui ex solis distributionibus quotidianis vivit, cum subsidium hoc sit annexum beneficiorum redditibus.

5 Notandum denique quintò. Quod Episcopi non possint in totum remittere hoc subsidium charitativum; quamvis enim possint semel aut bis illud remittere, in totum tamen non possunt remittere, quia debetur vi juris communis, & publici, quod privatorum auctoritate tolli non potest; & remissio hæc cederet in grave præjudicium aliorum. Vide *Cap. conquirente de off. Jud. ordi.* Et *l. 3. Theol. Moral. nr. 3. p. l. cap. 3.*